



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm
Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvns Rectè
Obeundum**

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Quomodo iuuandi sint, qui contrarijs malis tenentur præsumptionis &
nimiaë confidentiaë. Capvt XIV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

tuas Domine, commendo spiritum meum. &c. Ex ijs autem, quæ 6. cap. de spe erigenda, & de exercenda dicta sunt, alia si opus erit, desumi etiam poterunt.

Quomodo iuuandi sint, qui contrarijs malis tenentur presumptionis & nimia confidentia.

CAPVT XIV.

Pf. 40. **Q**UI excedunt in spe, & ad præsumptionem declinant, frenandi & dirigendi sunt, si enim sibi placere videntur, & efferri recordatione bonorum operum, quæ egerunt, juxta illud, Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperum, in die mala liberabit eum Dominus, & ita sibi deberi cælestem beatitudinem elato animo sentire videntur; admonendi sunt, quòd non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum misericordiam suam, saluos nos fecit, vt ex Apostolo docemur: & in Dei bonitate, & Christi meritis præcipuè figenda est anchora spei: qui etiam dedit gratiam ad bene operandum. Item quòd quantum in nobis est: vniuersæ iustitiæ nostræ sunt velut pannus menstruatae, sed ex gratia Dei valorem habent omnes bo-

*Tit. 3.
Vbi spei
anchora
augenda.
Pf. 64.*

æ

næ actione debetur non peccata non. Nam quod sufficiente tanquam extra ex Deo agere etiam finus. & alii imperfecte debemus a vinum nostrum est aqua placendi De gloria, vel imperfecte qua facere si de bonis sunt, sine modo, quòd in ceritis omni mus: quòd imò tantum charitati, & quod ei debimò in animo

Si excedat agroti vide

nae actiones. Deo soli honor, & gloria debetur nobis autem confusio, propter peccata nostra, quae proprie nostra sunt. Nam quod attinet ad bona non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, tanquam ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: & debemus Deo gratias agere etiam, quod eius gratiae cooperati sumus. & aliquid cum ea boni egerimus: imperfectiones vero nostras, ut proprias debemus agnoscere, propter quas saepe vinum nostrum, juxta prophetam mixtum est aqua, scilicet vinum intentionis placendi Deo, mixtum ex aqua vanae gloriae, vel negligentiae, propter quam imperfectè egimus, & saepe omisimus, quae facere debuimus. Unde vae nobis, si de bonis nostris, in quantum nostra sunt, sine misericordia judicabimur. Adde, quod in Evangelio dicitur. Cum feceritis omnia, dicite serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus; imò tantum debemus divinae in nos charitati, & beneficentiae, ut nunquam quod ei debemus, prestare possimus: imò inimmensum ab eo deficiamus.

Si excedit in spe, quia tota cogitatio agroti videtur ferri ad considerationem

Q 6

mi.

2. Cor. 3.

Bona, que agimus

Dei accepta ferenda.

Esai. 1.

Luc. 17.

Ad contritionem.

I.
 itum me-
 p. de spe
 sunt, alia
 erunt.
 contrarijs
 nis &
 l præsüm-
 enandi &
 bi placere
 ne bono-
 xta illud,
 genum, &
 it eū Do-
 em beati-
 videntur;
 operibus
 ecundum
 s fecit, ut
 i bonita-
 genda est
 gratiam
 d quantū
 æ nostræ
 e, sed ex
 nnes bo-
 næ

*sunt mo-
menti,*

misericiordiæ Dei, & meritorum Christi, nec viderat de peccatis suis compunctus esse, dirigendus est, & admonendus, vt ita cõfidat in Dei misericordia, & Christi meritis (quod laudandum est) vt interim doleat de peccatis suis: & considerando, quòd tantam maiestatem, & bonitatem ingratè offenderit, humiliter & amanter sibi condonari supplicet, ad actus contritionis, vt 2 cap & alibi dicitur, est adiuuandus, vt vtrouis modo in spe excedere videatur.

*Quid agendum, cum accedit quis ad
morientem, qui parum iam
mente valet.*

C A P V T X V.

CVM is qui accedit ad iuuandum aliquem, qui morti vicinus creditur, inuenit eum parum mentis compotem, ad intelligenda quæ dicuntur, interroget (si nescit) eum qui vocauit, vel assistentes ei, an sacramenta sumpserit, & de rebus suis disposuerit: si omnia, quæ oportebat iam fecit, quæ in 19 cap. dicuntur fieri possunt. Quod si constiterit ipsum nihil tale fecisse, (vt accidit ijs, qui nimis expectant, vel qui aliquo
more

morbo op-
tem eripit
sine ipso
prædicto
mendari
cis in tali
riis modis
ce clara, v
liquo mo
bit, quòd
se moris a
similiter
quod im
mors, opo
tiam tuar
enim de g
ne & adda
& acciper
nis fidelis
tur ad id s
test, dica
sponde (A
ris quæ in
clusis circ
liqua pec
locum ha
fisse, eum
& vsus r
majoris